



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De Ecclesia & Schola primoru[m] Patrum ante Diluuium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

II. *Series Annorum Mundi.*

III. *Genealogia Christi.*

IIII. *Testimonium de peccato Originalis.*

V. *Enoch Testimonium Immortalitatis & Vitae aeternae.*

I.

DE ECCLESIA
Schola primorum Patrum.

DIES nos de Encanijs admonet, quo ante an-
1714. Iudas Maccabaeus repressis Antiochi
exercitibus Templum recuperavit, et festum Encani-
jorum instituit, ut memoria recuperati ab Antiocho
Templi conseruaretur, & docerentur homines
semper Ecclesiam mirabiliter à Deo defensam
restitutam esse, & gratias agerent Deo, quod Eccle-
siam aeternam ex genere humano elegit, nec pro-
prium abiecit genus humanum post lapsum, ut Diabolo
est abiectus, sed promissionem de uenturo Saeculo
instauratore Ecclesiae primis parentibus patrum
qui eam continua serie suis posteris tradiderunt.

Nec dubium est primos Patres, quorum Ca-

gum hoc Quinto Capite Moyses recitat, & Eccle-
 sia Dei, & totius generis humani florem fuisse, an-
 tecellentem posteris, pietate, uirtute, sapientia, in-
 uentione artium, aliarumq; rerum gloria. Nequa-
 quam igitur de prima hac & aurea mundi etate
 ante diluuium cogitemus, ut Cicero de Inuentione
 disputat, fuisse quoddam tempus, cum in agris homines
 passim bestiarum more uagabantur, & sibi uictu
 serimo uitam propagabant, nec animi ratione quic-
 quam, sed cœcis & temerarijs cupiditatibus omnia
 administrabant &c.

Florentissima illius aureæ etatis Ecclesia, &
 Academia fuit, in qua Annos 930. Adam suis filijs &
 posteris tradidit doctrinam de Deo, de Creatione
 rerum, de Imagine Dei ad quam Homo conditus
 erat, de suo lapsu, de pœnis eius lapsus, de morte &
 miserijs humanis, de promissione uenturi Seminis,
 propter quod recepti essent, de tollendo peccato &
 morte, & restitutione uitæ æternæ, de futuro iu-
 dicio.

Addebant etiam doctrinam de natura rerum,
 uiribus & usibus plantarum, de legibus motuum cœ-
 lestium, quas Iosephus sculptas in tabulis, scribit po-
 steris traditas esse.

Ac in tanta etatis diuturnitate, & ordinem mo-
 tuum accurate obseruare, & uniuersæ sapientiæ di-
 uinæ & humanæ studium confirmare potuerunt.

O * DE